



Ad
Præstantiss. DN. RESPONDENT.
Præses.

In ter eos, qui studio Philosophia prudenter nor-
minus quam diligenter incumbunt, Te omni-
no, MI GÜNTHERE, jure meritoq; numero.
Nosti, quam aberraverint Antiqui sapienti, qui
sapientiam professi, densis errorum tenebris
vel vitio seculi vel culpâ factonis, cui nomen dederant, sue, vel
aliis ex causis fuerunt involuti: Nec minus nosti, quam sàpè
sub spe specieq; veri fallant aut fallantur Juniores. Inter has
spinas cupidum veritatis indagatorem ocreatum oportet ince-
re, memorem illius apud Poëtam:

Est modus in rebus, sunt certi deniq; fines,

Quos ultra citraq; neqr it consistere rectum.

Medium verò cum hic ubiq; teneas, maxime Tibi cavere nosti
ab iis, qui contra divinas veritates, vel excedendo vel defici-
endo, temerariè sapiunt sibi. Nihil jam dicam de Philosophia
Theoretica, inter cujus Doctores non desunt, qui vel Aristotelem
aliosq; ejus similes ex antiquis Sapientibus de origine
(ne loquar absq; exemplo,) fontium & fluminum, contra ex-
pressum Spiritus S. testimonium, seqvi non erubescunt; vel Re-
centiorum quidem observationes, quas oculis armatis Astro-
nomi, vel cultellis Anatomici, vel Chymici flammis suis haud